



Ung

N-184

Occasionia N-184.  
potissim in carminibus gratul.  
vniuersi  
(Cafariana in alijs peregrata)  
Intra peregrina. ~~184~~ 184a

184a



PAX IN TERRIS

INCIPIT



**RECTOR**  
**ACADEMIAE VITENBERGENSIS**  
**GEORGIUS**  
**RVDOLPHVS**  
**BOEHMER**  
 PHILOSOPHIAE ET MEDIC. DOCTOR  
 ANATOMIAE ET BOTANICES PROF.  
 PVBL. ORDINARIVS  
**CIVIBVS ACADEMICIS**

P. D. D. P.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

# PAX IN TERRIS

LVC. II, 14.



acem reddis adhuc, DVX BONE, ciuibus,  
Patris sancta Tui iussa colentibus,  
Pacem pollicitus terrigenis, poli  
Viua voce farelitum.

Nox terras tenebris texerat. Excubant  
Pastores ouium. Maxima claritas  
Circumfulget eos. Attoniti stupent  
Tacti vi quasi fulminum.

Perfrictis oculis luce cita, petrae  
Et campi resonant pace, tenerrima  
Humano generi quam Soboles Patris  
Partu virgineo tulit.

Mirantur vigiles lanigeri gregis  
Fulgorem subitum non minus, ac sonos,  
Quis concussa strepunt iugera, rupibus  
Montanis reboantibus.

*Quae vis ignea, quae vox remeabilis  
Percellit miseros. Quis tremor, inquiunt,  
Voces ingeminans, saxa repercutit  
Ad coelos referens sonum.*

Mentes dum titubant, dum metus occupat  
Perculso animos, nuncius aetheris  
Adstat, lucē micans insolita, bonus  
Pacis Praeco nouissimae.

Laetabundus ait sollicitis metu:  
*Gens afflicta nimis, pone metum, exue  
Vanam tristitiam, gaudia maxima  
Orbis nuncio ciuibus.*

En! Euangelium, quō nihil amplius  
Aut praestantius est. Nox abit et dies  
Exoptatus adest, isque salutifer  
Cunctis terricolis venit.

*Vobis est hodie natus homo Deus,  
Seruator, Decus et Praesidium gregis  
Seruandi. Sobolem, quaerere quam iuuat,  
Urbs Dauidica continet.*

Haec sic fatus erat. Nec mora, desuper  
Pennis approperat, non homini datis,  
Omnis coelituum turma phalangium,  
Pfallens hoc melos entheum:

*Placato in superis gloria sit Deo,  
Qui cunctis reparat gentibus otia,  
In terris vaga pax floreat, optimi  
Manans ex placito Patris.*

Sic diuina canit concio ciuium.  
Ad cunas abeunt agmina rustica,  
PACIS PERPETVAE conspiciunt, fatum  
Casta virgine, PRINCIPEM.

Conspectis puero, matreque, carmina,  
Inflatis calamis, grata Deo, canunt,  
Et pacem repetunt ter, quater, amplius,  
Qua nil suauius exitit.

Saluae pax, oleis florida. Saluae sis  
Nobis festa dies, caraque posteris.  
At saluae potius PACIS ET ARBITER  
ET PRINCEPS VENERABILIS.

Tu pacis dator es, Te Duce, fulgurans  
Placatur Pater ex Sinaico iugo  
Frustra bella mouet tartareus latro  
Pacis pacta tuentibus.

Quicquid sacrilegis impietas modis  
Vastauit, reparat pax tua, vinculis  
Nunc adstricta nouis, atque adamantinis,  
Natali Domini die.

Depulsis Satanae fraudibus, et dolis,  
Quae mortis rabies, quis stygius lacus,  
Antiqui sceleris quae vitiositas  
Pacatis nocitura sunt.

Ad cunas tenerae Prolis, et Arbitri  
Pacis compositae, supplice pectore,  
*Ciues pacifici*, tempore iubilis  
Sacro, currite, currite.

Egistis Domino quilibet, in foro,  
Et flexis genibus, cum prece, gratias  
Nuper, quod pietas urset, quoque  
In cunis vene

Deuota quis enim mente Deo, sacram  
Pacem non recolat, post duo saecula  
Quam seruauit adhuc Teutonicis *Pater*  
Et caris sibi, filiis.

Per Te, nate Deo, religio viger.  
Exoptata quies est academiis,  
Et priscum decus et flos nitidissimus  
Genti Castaliae redit.

Tu belli lacrymas, Tu querimonias  
SALVO, cum populis, PRINCIPE SAXONVM,  
In pestes, patriae noxiferas pia  
Nostra motus ages prece.

Aedem mobilium turba Quiritium  
IANO constituens, in quatuor foris,  
Cincto Caesareis muneribus domus  
Omni limine, sic ait:

*Adsis, Sancte Pater, ferrea munias  
Templi claustra Tui perpetua sera,  
Vt gratus videre haec adeuntibus  
Pro donis Tibi transditis.*

Hic qui das stabilem, reddis et optimam  
Pacem, cum requie, quae sine termino est,  
AUCTOR PERPETVAE ES PACIS ET INTEGRAE  
In coelestibus atriis.

In terris sed adhuc dum superamus, et  
Aura, pace Tua, vescimur aetheris,  
Sani, non dabimus sicilibus Diis,  
Vt Iano, sacra munera.

*Proles cara Dei, Tu pius afflélis  
Pacales oleas restituis tuis.  
Nostrum altare Tibi fumet, et ardeat  
Vitae perpetuos dies.*

Hoc, *Ciues Clauii*, cingite munere,  
Nobiscum memores pacis et otii.  
COLLATORIBVS HAEC DONA REPENDITIS  
PACIS, PACIS ET ANGELIS

II AETERNI PACIFICATORIS NATALITIIS  
A. O. R. M. D. CC. LV

VI BERGAE  
EPH LOB EICHSFELDI

Ung. VI 184

NO 18  
NO 18






PAX IN TERRIS 88



RECTOR  
AE VITEMBERGENSIS  
ORGIVS  
OLPHVS  
EHMER  
AE ET MEDIC. DOCTOR  
AE ET BOTANICES PROF.  
BL. ORDINARIVS  
VS ACADEMICIS



S. D. P.  
Pacis Praeco nominatus.  
Lactandibus ac sollicitis meo;  
Quae agitur in hunc, hunc, hunc, hunc  
Vanae tristitia, gaudia, maeror,  
Oris huncis curibus.  
Est Evangelium, quo nihil amplius  
Aut paratius est. Non dicitur  
Exoptare debet, sedque nunciat  
Cuius est scripturae Veritas.  
Vobis et vobis hunc hunc  
Sunt, hunc et hunc hunc  
Sunt. Solus, hunc hunc hunc  
Vobis Dicitur.

